

Alte Drucke

Postillae Sive Conciones ... In Epist. & Euang. de Sanctis ... memoria

POSTILLÆ SI-||VE CONCIONES REVE-||REND. D. IOANNIS FERI, || Metropolitanæ
Moguntinæ Con-||cionatoris absolutiss. || In Epist. & Euang. de Sanctis, quorum
ab Ad-||uentu vsque ad Festum Pascæ in ...

Wild, Johann

Antverpiae, 1559

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PRINCIpiac Domino, Domino Sebastiano sanctae
sedis Moguntinae Archiepiscopo, Sacri Romani Imperij per Germaniam
Archicancellario, Principi Electori, Domino meo Clementissimo.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150424

REVERENDIS.

SIMO IN CHRISTO PRINCI-
pi ac Domino, Domino Sebastiano sanctæ se-
dis Moguntinæ Archiepiscopo, Sacri Roma-
ni Imperij per Germaniam Archicancella-
rio, Principi Electori, Domino meo
Clementissimo.



Cum hanc tertiam Po-
stillarum mearū par-
tem adparo, Reueren-
dissime ac Clementis-
sime Princeps ac Do-
mine, rursus, vt aliās sæpe, verum
esse comperio, quod prouerbio di-
citur: Homo proponit, Deus dis-
ponit. Simile quid in Salomonis
Ecclesiaste scriptum legimus, quā-
quam alijs verbis in aliam senten-
tiam loquitur: Vidi, inquit, sub so- Eccle. vi
le, nec velocium esse cursum, nec
fortium bellum, nec sapientium
panem, nec doctorum diuitias, nec
artificum gratiam, sed tempus ca-
sumq;

EPISTOLA

sumque in omnibus. Id quod non
 ita absimile illi, quod Apostolus
 Rom. 9. noster dicit: Salutem nostram nec
 esse volentis, nec currentis. Quorū
 omniū is sensus est, sine Deo nihil
 posse nos, nec quicquā nostra, vel
 cogitationes, vel propositū, vel in-
 tentionem, cū in spiritualibus,
 tum etiam in externis rebus, sine
 Deo primo operante, efficere. Non
 ergo immeritō Iacobus in Cano-
 nica omnes eos arguit, qui ignorā-
 tes quid postero die futurū sit, præ-
 sumūt quid sequētibus annis faciē-
 dum est, disponere: nec cogitant vi-
 tā nostrā vaporem esse, qui exiguo
 tēpore apparet, & citō evanescit. Et
 hæc quidē nō nūc sacris scripturis
 attestantibus, legi, vel quotidiana
 experiētia in alijs didici solum, ve-
 rum etiam hoc ipso anno in me ip-
 so expertus sum.

In

DEDICATORIA.

In secundo Postillarum mearū
volumine Reuerend. Cels. T. pri-
mum, deinde etiā pijs alijs omni-
bus, receperam expediturū me ter-
tiam Partem quæ de Sanctis est, di-
uina gratia, ad autumnales nundi-
nas: sed Deus alio modo disposuit,
eaq; me corporis imbecillitate ad-
orsus est, vt toto illo æstiuo, quod
est à festo Pascæ vsq; ad Augustum
mensē, tempore, nihil, aut certè
admodum parum, potuerim age-
re. Et nisi honorandus & eruditus
dominus & necessarius meus M.
Philippus Agricola ferrei chori in
summa æde Mogūtina parochus,
tanta fide & beneuolentia concio-
nando simul, & alijs quæ ad edi-
tionem huius faciebant expedien-
do, adiutasset me, à proposito de-
fecissem.

At nunc resumptis aliquanto vi-

A 3 ribus

EPISTOLA

ribus (cuius primò , vt æquum est , Deo , deinde & Reuerend. Cels. T. vt à quo in hac mea infirmitate singularem gratiam , fauorem , beneuolentiam , affectionem , beneficentiam , liberalitatem , & subsidium expertus sum , gratias ago) iterum me ad opus accingo : neque tamen præter primam partem absoluerè licet . Quã Reuerend. Cels. T. alijsque omnes pij benignè suscipiant : quia certè non desidia aut negligentia , sed dispositione Dei , qui omnia iuxta suam diuinam voluntatem ordinat , quem nemo arguit , impeditum est.

Quemadmodum ergo hucusque priores partes duas Reuerend. Cels. T. dedicaui , easque pro heroico affectu & animo gratas fuisse ex multis & magnis beneficijs
in

in me, maximè illo hoc infirmitatis meæ tempore, intelligo : ita dignum arbitratus sum, pro merito hanc tertiam quoque partem eidem Reuerend. Cels. T. consecrare, eaque gratam & beneuolam mentem meam & paratam, officiosam atque deditissimam obedientiam erga eandem publicè in toto mundo testari. Quare Reuerend. Cels. T. vt hunc meum laborem boni & æqui, vt priores partes, consulat, me mihiq̃ue commissos, tum etiam Typographos Franciscum Behemum & Theobaldum Spengelium, paratissimos in hoc opere commodius absoluendo, nullis nec laboribus nec sumptibus parcentes, magno cum damni periculo, vt hucusque in sua tutela conseruet iterum atque iterum oro : Quam Deus

EPISTOLA DEDICATORIA.

Optimus Maximus nostro totius
que diocesis bono, præcipuè vni-
uersæ Catholicæ ecclesiæ commo-
do, longæua sanitate, feliciori regi-
mine, in sua maximè gratia
conseruet, Amen. Datæ Mo-
guntinæ vltimo Iulij,

An. 1554.

Reuerend. Cels. T.

deditissimus semperq; paratiss.

F. Ioannes Ferus,
hoc tempore non
satis idoneus ec-
clesiastes Maioris
Mogunt.